



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

§. XVI. Quomodo tollatur irregularitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

Mandantes verberari cum prohibitione occidendi , si ex verberibus , aut percusione mors sequatur , cap. ultim. de homic. in 6.

Clerici, vel Monachi Chirurgiam exercentes , licet omnia secundum artem , & omni diligentia adhibita exequentes, morte enim infirmi , aut mutilatione sequata , sunt irregulares , cap. tua nos de homic. Sayr. decensur. lib. 7. cap. 5. num. 13. Leo thesaur. for. Eccles. par. 3. c. 9. n. 44.

Qui officium suum exercentes , negligenter agunt , vel id committunt , unde quos curant , moriantur , ut Medici excidentes , aut notabiliter negligentes in pharmacis .

Chirurgi : & Judices excedentes in tortura reorum .

Infirmary corpora Aegrotorum tractando , & immutando cum negligentia , aut impatientia notabiliter culpabilis , Suarez disput. 47. sect. 7. Sayr. de cap. 5. num. 9. vers. secunda est , Bonaccin. de irregular. disput. 7. quest. 4. punct. 5. num. 1. & 2.

¹⁷⁵ Non incurunt , qui dant operam rei illicitae , si sequatur mors adhibita omnidi diligentia , ne sequeretur vel saltem remota morali negligentia : atque etiam qui dant operam rei illicitae , ex qua raro mors contingit , ut docent Sayr. d. cap. 5. num. 13. & seqq. Bonaccin. loco cit. punct. 7. num. 9.

Nona ex mutilatione , abscindendo aliquod membrum , vel detruncando ilius insignem partem necessariam ad functionem aliquam , ut eruens oculum , abscindens manum , brachium , &c. detruncans partem notabilem manus alteri , vel sibi , vel mutilans aliud corporis membrum , quod habet actum peculiarem distinctum a ceteris membris , Sayr. lib. 6. cap. 15. num. 14. Bonaccin. loco citato punct. 8. num. 3.

Non incurunt , qui vulnere , vel percussione debilitant membrum , etiamsi in curatione membrum abscindatur : hi enim vere non mutilant , qui membrum non amputant , nam membrum debilitatum non desinit esse membrum : Ex quo infertur , quod si quis reddat aliquem cæcum , non eruendo oculum ,

vel oculos , non est irregulari , ut tradunt , Sayr. loco cit. d. num. 14. Bonac. 7. Guazzin. jun. ad defens. anim. lib. 2. defens. 6. cap. 45. num. 10. Vide illa plura apud Gavant. in manual. verb. irregular. per tot. & præsertim n. 95. & tribus seqq. & apud me tom. 2. tit. 13. ad form. 3. a. n. 31. ad 38.

Decima ex omissione voluntaria , non ¹⁷⁷ impediendo homicidium , quod quis ex justitia tenetur impedire , ut accidit quando quis tenetur ex officio , vel ex stipendio , vel ex promissione alterum defendere . Dicitur ex commissione voluntaria , nam qui involuntariè non impeditiv , non fit irregularis . Dicitur , qui ex justitia tenetur impedire : nam si quis tenetur impedire ex sola charitate , non incurrit irregularitatem . Et hinc sequitur Principe non impediendo necesse , Judicem non impediendo injustam Sententiam contra vitam innocentis , Medicum non curando eos , à quibus pretio conductus est , Dominum non adhibendo debitam diligentiam , né animalia , quæ consueverunt nocere , puta Ursus , Aprum , vel Leonem , & sub suo dominio , vel custodia existant , vulnera inferant , tenendo illa debito modo ligata , evadere irregulares , sequuta morte , Bonac. loco citat. punct. 8. n. 37. & trib. seqq. Fagnan. in cap. ad audentiam n. 43. de homic.

Quomodo tollatur Irregularitas .
§. XVI.

Quatuor modis tollitur irregularitas . ¹⁷⁸ Primò per cæssationem , vel ablationem causæ , qui modus intervenit in irregularitate ex defectu : cessante enim morbo , immatura ætate , infamia , quæ cum est facti per lapsum longi temporis , vel loci mutatione deletur , cessat etiam irregularitas . Secundò per Baptismi . Terziò per Religionis ingressum . Quartò per dispensationem .

Baptismus tollit omnes irregularitates , quæ proveniunt ex delicto , excepta Bigamia : non tamen tollit eas , quæ ex defectu natalium , aut vitio corporis procedunt . Religionis professio , tollit irregularitatem , quæ ex defectu

na-

natalium provenit , & habilitat intran-
tem ad omnes Ordines etiam Sacros ;
non verò alias , quæ ex propria culpa ,
aut defectu aliquo corporis procedunt ,
Sayr. de censur. lib. 7. cap. 13. num. 2. 3.
& seqq. nisi Religio habeat amplius pri-
vilegium , Bonaccin. de irregular. disp. 7.

180 q. 5. punc. 2. n. 4.

Per dispensationem aufertur omnis tam
publica , quām occulta irregularitas à
Summo Pontifice ; cujus auctoritate om-
nes occultæ solent à Sacer. Pœnitentiaria
dispensari: publicæ verò à Dataria , præ-
via consultatione , & Voto Sac. Congreg.
Concilii . Item omnis occulta , inclusa
etiam in homicidio voluntario pro jam
ordinato à Summo Urbis Pœnitentia-
rio , & quo ad Religiosos etiam pro or-
dinando . Item omnis occulta dempta in-
clusa in homicidio voluntario , aufertur
dispensatione Episcopi vigore Conc. Tri-
dent. c. 6. sess. 24. de reform. & etiam à
Superioribus Religionum , quo ad pro-
prios Alumnos , si gaudeant privilegio
Concilii ex indulto Apostolico : item ,
& à Capitulo Sede vacante , ut volunt
Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 39.
n. 16. Guazzin. jun. ad defens. anim. lib.
2. defens. 6. cap. 45. n. 101. Sperell. decis.
111. num. 41. Sicut etiam Episcopus dis-
pensat in irregularitate contracta ex Bi-
gamia Similitudinaria scilicet , quando
Clericus in Sacris Ordinatus matrimo-
nium contraxisset cum unica , & Virgi-
ne , tam quoad ordines susceptos , quām
quoad suscipiendos , cap. 1. ibique gloss.
qui cler. vel vovent. Innoc. in cap. 2. eod.
tit. cap. sanè de cleric. Conjug. Sanch. de
matrim. lib. 7. disp. 86. num. 20. Piasc. in
prax. part. I. c. 1. art. 10. num. 13. Barbos.
in cap. 2. n. 4. qui cler. vel vovent. Pirhing.
in jus can. lib. 4. tit. 6. n. 2. ver. notandum
secundo ; secus si cum Vidua contraxisset ,
Sanch. ibi Corrad. prax. disp. lib. 2. cap.
1. numer. 16. Horum tamen facultas non
extenditur ad retentionem Beneficiorum
& fructuum forte amissorum , Nicol. lu-
cubr. can. lib. 5. tit. 12. numer. 8. vers. sub
facultate tamen , ubi ad hoc Decret. Sac.
Congr. Concilii allegat.

181 Qui autem tempore Jubilæi , vel alia
occasione , facultatem habet absolvendi

ab omnibus casibus , Censuris , pœnis ,
& sententiis , irregularitates tollere , &
auferre non potest : tum quia verbum ab-
solvere , relaxationi censoriarum tantum
accommodari solet : tum quia praxis Pœ-
nitentiaria est in contrarium : tum quia
licet irregularitas , quæ provenit ex deli-
cto , sit quoque pena , est tamen intrinse-
cè semper inhabilitas , quæ sine dispensa-
tione , non tollitur , Bonac. loco cit. n. 8.
ubi de communi testatur , Sayr. d. cap. 13.
n. 2. 3. & 4.

Forma verborum , sub qua irregulari-
tas tolli debet , nulla certa præscripta est:
docent tamen DD. utendum esse sequen-
ti --- Dispensó tecum super irregularitate ,
vel irregularitatibus , quām , vel quas con-
traxisti , ob hanc , vel ob has causas , & te
habilem declaro , ad suscipiendum , vel exe-
quendum Ordinem , & restituo te ad legitimi-
mos actus , in nomine Patris & Fili , Ec.
Sayr. d. lib. 7. c. 14. num. 18. Guazzin. jun.
ad defens. anim. lib. 2. defens. 6. c. 45. num.
110. Si autem dubium sit , an quis ir-
regularitatem incurrit , tunc sub condi-
tione dicendum erit — Dispensó tecum in ir-
regularitate , si forè incurristi ob hanc vel
illam causam Ec. Leo thes. for. Eccles. p. 3.
cap. 4. num. 48.

De effectibus Irregularitatis.

§. XVII.

Irregularitas privat licita susceptione 183
ordinum ; quare si recipiantur , peccatur
mortaliiter , validè tamen recipientur , &
recipiens solum privat usu , Sayr. de
censur. lib. 6. cap. 1. n. 25. Item privat eo-
rundem administratione : ideoque si ad-
ministrentur , pariter graviter peccatur ,
sed valide administrantur . Item privat
licita retentione Beneficii , quod exigit
usum ordinis personalem . Item reddit
quem inhabilem ad obtainendum Benefici-
cum : adeout collatio facta irregulari ,
ipso jure nulla sit , juxta veriorem senten-
tiam , de qua testantur , Sayr. de censur.
lib. 6. cap. 2. n. 21. Bonac. de irregular. disp.
7. quæst. 1. punc. 4. n. 6. & alii plures ab
eis allegati , Tondut. de pension. c. 68. n. 5.
& 18. ubi hoc ampliat procedere etiam in
pensione obtinenda .

Non